



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Abbas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

nullam. i. de preb. & Abb. in c. cum Apo-  
stolica. n. 4. de his, quae sunt à pral. &c. &  
in c. certificari, n. 3. de sepul. & cap. penul. de  
secun. nup. in c. cùm sint, n. 2. de decimis. tex.  
glos. in ver. quam rationis, & Gemi. in c.  
ex eo initio, de elect. lib. 6. Quantò, an au-  
toritas alicujus Sancti prævaleat aucto-  
ritati summi Pont, vide eundem in c. tua  
num. 5. de decimis. similiter si aliquis grá-  
tis hæsitaret de Illustrissimorum Cardi-  
nalium sacrarum Congregationum in  
urbe declarationibus, quod an idem ro-  
bur habeant, sicut si à sum. Pontifice  
fuerint emanatae. Respondetur ex eadem  
sac. Congregatione, n. 264. in mes; in hæc  
verba. Eadem ratio habenda est de his,  
quæ scribuntur à Cardinalibus sac. Con-  
gregationis sac. Concil. Trid. nomine ip-  
sius Congregationis.

## A B B A S.

**P**rimò. Quos ordines possit conser-  
re, & an literas dimissorias ad ordi-  
nes ecclesiasticos concedere clericis secu-  
laribus sibi subditis, vide Concil. Trident.  
sess. 23. c. 10 de refor. & declarat sac. Con-  
greg. 190. ubi quoad secundam partem  
respondetur negativè: his verbis, Nulli  
Abbati, quibusvis munito privilegiis, li-  
ceat condere dimissorias cuiquam cleri-  
co seculari, similiter nec Præposito, licet  
sit Cardinalis, similiter nec Archipres-  
bytero exempto, quamvis habeat juris-  
dictionem ordinariam; ita fuit respon-  
sum à sac. Congregat. declaration. 513.  
in facto Illustriss. Cardinalis Medices,  
Præpositi terræ Prati, & pro Archipres-  
bytero terræ Colli, & pro Archiepiscopo  
Barensi, de mense Junii 1576. & 1579. Secù-

dò, quòd hoc intelligi debet de veris Ab-  
batibus, non de Commendatariis, ut dixi  
in ver. beneficium, ver. commenda, ut sunt  
Abbates habentes usum deferendi ba-  
culum, & mitram, ut sunt Abbates Bene-  
dictini, & alii, prout in c. cum coningat,  
de arat. & qualu. c. 1. & 2. 25. d. & c. Abba-  
tes, de priv. l. 6. Summa fact. de sacra ord.  
q. 243. Syl. in ver. ordo, 3. §. 2. ubi habetur,  
posse eos dare omnes quatuor ordines  
minores, Host. in d. c. Tertio, hoc limita,  
quòd non possunt conferre hos ordines  
secularibus, Episcopi jurisdictioni subje-  
ctis, nisi accedit ipsius consensus, & à  
dicto Episcopo literas dimissorias quis-  
que impetraverit. in sacr. Cong. declat.  
290. & 470. ex qua declarat. deduc-  
tur. Primò, posse Episcopum dare hos  
ordines minores, & alios clericis secula-  
ribus subjectis jurisdictioni ipsorum Ab-  
batum, & non jurisdictioni dicti Epis-  
copi, modò sint intra ambitum suæ dic-  
cesis sine dimissoriis ipsorum Abba-  
tum. Secundò, deducitur ex dicto c. 10;  
Conc. Trid. quòd nec possunt dare ipsi  
Abbates hos ordines minores regulari-  
bus, qui ipsis subditi non sunt, nisi acce-  
dant literæ dimissoriales suorum præla-  
torum, & consensus Episcopi, juxta cu-  
jus diccesim Abbas ordinator commo-  
ratur. Quartò, an sufficiat ut solum sint  
electi ad hoc, ut possint conferre præ-  
scriptos ordines, & quòd non sint bene-  
dicti, vel consecrati, prout in Ponificali,  
& videtur quòd sic, & per ea, quæ dicit  
Selv. tract. de benef. p. p. q. 2. n. 54. & facit  
c. 1. & ibi gl. in ver. alia de supp. negl. pral.  
& quia hodie, aut rato, aut nunquam  
isti Abbates benedicuntur, aut conse-  
crantur,

B 3 crantur,

crantur, sed eliguntur à suis monachis, vide Rebus, in pract. tit. de cler. Et à quib. Et quomodo crecentur, n. 14. Et 16. ubi etiam habetur, quod à quibusdam Prioribus possit conferri prima tonsura. Sed requiritur, ut saltem sit professus expressè, aliás non potest eligi in Abbatem. Abb. in c. cùm in magistrum, n. 1. Et 2. de elect. Et in c. meminimus, n. 1. Et 7. de accus. dicit melius, Et in c. cùm inter monasterium, n. 25. de re jud. Quintò, nec ipsi Abbates possunt conferre hos ordines; nisi in suis monasteriis. c. quoniā 69. dist. nec suis monachis, nisi professis. Rebus. loc. cit. fol. 9. n. 71. Innoc. in c. 1. n. 2. Et 3. de cler. pereg. Et in d. c. 1. n. 2. de sup. neg. prael. Sextò, quod clerci subditi jurisdictioni ipsorum Abbatū quando mittuntur ordinandi ad alios Episcopos, debent habere dimissorias ab Episcopo illius diœcesis, intra cujus limites commorantur, nec inquititur consensus ipsorum Abbatum, ita Concil. Trid. loc. cit. Septimò, ipsi Abbates possunt ordinare suos, quoad minores, sine Episcopi examinatione. Navar. conf. 14. de privil.

### ALIENATIO RERUM ECCLESIASTICARUM.

#### S U M M A R I U M.

1. Quot modis liceat fieri alienationem rerum Ecclesiasticarum, Et quid alienationis verbo continetur.
2. An liceat fieri locationes ad longum tempus, i. ultra triennium.
3. Que dicantur solita concedi ad longum tempus.
4. Quando sunt ultra triennium in solitis

que requirantur conditiones, Et circumstantie.

5. An hoc sit verum in rebus parvis.
6. Que dicantur res parvae quantitatis.
7. Quae disposita circa hoc sint à sac. Conc. Trid.
8. Quot nam modis est recepta Extravagans Pauli II. de qua inferius.
9. An aliqui habeant hanc facultatem alienandi ad longum tempus.
10. Quando dubitatur de exhibitis solennitatibus, quid agendum.
11. Quot persona perire ad procedendum quoad rem Ecclesie alienandam requiruntur.

**A**D Primum. Vide gl. in sum. 12. Syl. in ver. alienatio, §. 1. Covar. lib. 1. c. 17. n. 2. var. resol. quia hodie omnes illæ causæ, etiam per Bullam Pauli II, quaincipit, Ambitiosè, sub tit. de reb. non Eccles. alien. admittuntur per illa verba in casibus à jure permisis, ita Covar. loc. cit. n. 4. concl. 1. tamen quidquid sit de jure communii, de stylo non venduntur, etiam in istis casibus immobilia Ecclesiarum, neque mobilia pretiosa absque summi Pont. concessione, vide Novel. de jure protin. §. 4. nn. 78. & Affl. decis. 386. n. 6. ita Gomel. tract. de brevibus, nn. 22. & Stap. de lit. gra. fol. 352. n. 1. ubi dicunt, quod hoc conceditur per breve, etiam in dispositione, c. terrulas. 12. q. 2. Et in au-then. stem pradium, C. de sacrofan. Eccl. Et gl. in ver. onere, in l. si fundus, ff. de reb. cor. & sic cessant hodie, quæ dicuntur in d. gl. in sum. 12. q. Et c. nulli, de reb. Eccl. non alien. Et in l. iubemus, §. aconomus, C. de sacrofan. Eccl. Cov. loc. cit. c. 16. n. 7. Quod ad secundum, vide Abb. in c. nulli, n. 13. Et

14. de